



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.

Pontano, Giovanni Gioviano

Venetiis, 1518

Ecloga. VI. Litigivm. Astilvs. Lycidas. Mnasylvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13534

Sterne solum ne forte rigo penetrabile corpus
 Vrat, et interno uastet pecuaria morbo.
 Plura quidem monuisse uelim, nam plura supersunt.
 sed iam sera dies cadit, et iam sole fugato
 Frigidus aestuas impellit noctifer horas.

ECLOGA. VI. LITIGIVM.

ASTI LV S. LYCIDAS.

MN AS Y LV S.

Erus ades Lycida, mo Nyctilus et puer Alco As
 f Certauere sub his alterno carmine ramis
 Iudice me, sed non sine pignore, Nyctilus hædos
 Iuncta matre dedit, catulum dedit ille leænæ,
 Iurauitq; genus, sed substulit omnia uictor.
 Nyctilon ut cantu rudis exuperauerit Alcon.
 Astile credibile est ut uincat Acanthida cornix. Ly.
 Vocalem supereti dirus Aedona bubo.
 Te partiar Crotale, qua nunc ego maceror una. As.
 Si magis aut docili calamorum Nyctilus arte,
 Aut cantu magis est quād multu proximus illi.
 Iam nunc decipior te iudice, pallidus alter Ly.
 Venit, et hirsuta spinosior histrice barba.
 Candidus alter erat, læuiq; decentior ouo.
 Et ridens oculis crinemq; simillimus auro,
 Qui dici posset si non cantaret Apollo.
 O' Lycida si quis tibi carminis usus adesset. As.
 Tu quoq; laudatum posse Alcona probare.
 Vis igitur quoniam nec nobis improbe par es, Ly.
 Ipse tuos index calamos committere nostris?

u iiij

LITIGIVM.

Vis conferre manus? ueniat uel arbiter Alcon. As.
 Vincere tu quenquam? uel te certamine quisquam
 Dignetur? qui uix stillantes arida uoces
 Rumpis, et expellis male singultantia uerba?
 Fingas plura licet (nec enim potes) improbe uerba Ly.
 Exprobare mihi, sicut tibi multa lyctas.
 Sed quid opus uana consumere tempora lite?
 Ecce uenit Mnasylus, erit (nisi forte recusas)
 Arbitr, insta nunc non credulus improbe uerbis.
 Malueram fateor uel praedam naclus abire, As.
 Quam tibi certanti partem committere uocis.
 Nec tamen hoc impune feres, en aspicis illum
 Candida qui medius cubat inter lilia ceruum,
 Quamvis hunc petale mea diligat acipe uictor.
 Scit frenos, scit ferre iugum, se quiturq; uocantem
 Credulus, et mense non improba porrigitora.
 Aspicis ut fruticat late caput? utq; sub ipsis
 Cornibus, et tereti lucent redimicula collo?
 Aspicis ut niveo frons irretita capistro
 Lucet? et a dorso que totam circuit album.
 Alternat uitreas lateralis cingula bullas?
 Cornua subtile, ramosaq; tempora molles
 Implicuere rose, rutiloq; monilia torque
 Extrema ceruice notant, ubi pendulus apri
 Dens sedet, et nivea distinguit pectora luna.
 Hunc ego qualemcumque uides in ualle pacis or
 Pendere, dum sci at hic se non sine pignore uinci.
 Terreri Mnasyle suo me munere credit? Ly.
 Aspice quam timeam, genus est (ut scitis) equarum
 Non iugale mihi, quarum de sanguine ponam

Velocem Petason, qui gramma matre relicta
 Nunc primum teneris libauit dentibus, illi
 Pes leuis, adductum latus, excelsissima ceruix,
 Terga sedent, micat acre caput, sine pondere ceruix,
 Et tornata breui substringitur unguila cornu.
 Ungula quæ uiridis exultauit in arvo,
 Tangere ut fragiles, sed non curuaret aristas.
 Hunc dare si uincar silvestria numina iuro.
 Et uacat, et uestros cantus audire innabit.

Mn.

Judice me sane contendite si libet istic
 Protinus ecce torum fecere sub ilice musæ.
 Sed ne uicini nobis sonus obstrepat amnis,
 Gramma linquamus, ripamq; uolubilis undæ.
 Namq; sub exeso raucum mihi pumice lymphæ
 Respondent, et obest arguti glarea riui.
 Si placet antra magis, uicinaq; saxa petamus.

As.

Saxa quibus uiridis stillanti uellere muscus
 Dependet, scopulisq; cauum sinu antibus arcum
 Imminet, exesa ueluti testudine concha.

Mn.

Venimus et tacito sonitum tutabimur antro.
 Seu residerelibet, dabit ecce sedilia tophus.
 Ponere seu cubitum, melior uiret herba tapetis.
 Nunc mihi seposita reddantur carmina lite.

Nam uicibus teneros malim cantetis amores.

Astle tu Petalem, Lycida tu Phyllida lauda.

Tu modo(nos illis iam nunc Mnasyle precamur) Ly.

Auribus excipias, quibus hunc, et Acantha nuper
 Diceris in silua iudex audisse Thalea.

Non equidem possum cum prouocet iste tacere.

As.

Rumpor enim merito, nihil hic nisi iurgia querit.

iiij

TEMP L V M.

Audiat, aut dicat quoniam cupit, hoc mihi certe
Dulce satis fuerit Lycidam expectare trementem,
Dum te stante palam sua criminia pallidus audit.
Me puto uicinus Stimicon, me proximus Aegon Ly.
Hos inter frutices tacite risere uolentem
Oscula cum tenero simulare uirilia Mopso.
Fortior o' utinam nondum, Mnasylus adeset. As.
Efficerem nec te quisquam tibi turpior esset.
Quid furitis? quæ uos insania tendere iussit? Mu.
Si uicibus certare placet, sed non ego uobis
Arbiter, hoc alius possit discernere index.
Et uenit eae Mycon, uenit & uicinus Iolas.
Litibus hi uestris poterunt imponere finem.

E C L O G A . V I I . T E M P L V M L Y C O T A S E T C O R Y D O N .

l Entus ab urbe uenis Corydon, uigesima certe
Nox fuit, ut nostræ cupiunt te cernere siluæ.
Et tua mœrentes expectant iubila tauri.
O' piger o' duro iam durior ore Lycota. Co.
Qui ueteres sagos, noua quam spectacula manus
Cernere, quæ patula iumenis deus edit arena,
Mirabar quæ causa foret tibi tanta morandi. Ly.
Cur tua cessaret taciturnis fistula siluis,
Et solus Stimicon caneret pallente corymbo.
Quem sine te mœsti tenero donauimus hœdo.
Nam dum lentus abes lustrauit ouilia Tyrsis.
Iussit & arguta iuuenes certare acuta.